



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

2. Quid per opera legis intelligi velit Apostolus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

misereri, nullum opus, iustitiam, meritum hominis, sed solum vnicum Christum filium suum. Ideò quia fides assentit, credit huic promissioni, & vult sibi exhiberi gratiam promissam propter Christum, & in nihil aliud respicit, nisi in solam gratiam promissam in Christo, & illam cupit: ob id dicitur, quòd fides iustificat, id est, apprehendit promissam gratiam in Christo: hoc enim nullius opus facit. Nam fides oportet præcedat omne opus: quid enim est opus absque fide? Fides ergo in homine primus actus & opus hominis est, qua promissioni diuinæ creditur, & qua apprehenditur. Summa igitur salutis in hoc dependet, credere & assentire promissis Dei, & non specialia nobis constituere propitiatoria sine voluntate & commissione diuina: Ergò fides credens diuinæ promissioni, iustificat, apprehendit gratiam promissam propter Christum, cum ob id fides dicitur iustificare, propter apprehensionem, non effectiuitatem.

2. Per opera legis Apostolus vult intelligi etiam opera ex fide facta, post acceptam iustificationem, vt probet nulla opera omnino, quantumuis bona, iustificare. Nam Galatæ crediderant in Christum, fide iam iustificati erant, & virtutes atq; miracula etiam operabantur, Galat. 3. Et fides quæ operabatur virtutes in vobis, &c. Non ergò opera eorum erant ex viribus carnis antè fidem sine Spiritu Sancto, sed erant opera verè bona in lege præcepta ex fide, operante in eis Spiritu Sancto, facta: Et tamen quia paulò post seducti à Pseudopostolis, incipiebant eisdem suis operibus tribuere vim iustificandi effectiuam: ideo Paulus vocat eorum opera, opera legis antè fidem aut post fidem à iustificatis facta: iustificant autem, quia iam fides absq; operibus apprehendit gratis misericordiam. Deindè Abrahæ opera fuere præstantissima, obtulit filium suum, Gen. 22. Obediebat Deo, reliquit cognationem & patriam, Gen. 15. Et sic erant opera

per
quan
ferri
tum
stific
neq;
credi
vult
nunc
3. nos
bus
mere
grati
iapie
iustit
appre
mur,
ribus
pera
quæ
dicit,
intell
ficat
tur iu
sumn
tionem
Du
bona
no ex
mus
tiam,
alio, h
ne, hic
ficio M
tiam p
tendit

perā eius ex fide facta, id est, post fidem, vt nemo quisquam ei comparari operibus suis possit, nedūm preferri. Attamen Apostolus negat Abraham iustificatum ex operibus, Rom. 4. ergo nulla alia opera iustificabunt, nulla igitur opera effectiuē iustificant, neq; antē neque post fidem, sed fides quæ assentit & credit huic promissioni, quod Deus propter filium vult misereri credenti, illa facit, vt Deus iustum pronunciet peccatorem. Insuper dicit Apostolus Rom. 3. nos iustificari gratis per gratiam Christi Ex operibus autem iustificari, non est gratis, quia operanti merces imputatur secundum debitum, non iuxta gratiam, vt 1. Cor. 1. quod Christus factus est nobis sapientia à Deo & iustitia, &c. Si ergo Christus est iustitia nostra, & nos Christum nullo opere, sed fide apprehendimus: manifestum est, quod fide iustificamur, non operibus. Ex quo sequitur, quod qui operibus suis quantumuis bonis iustitiam tribuit, ille opera manuum suarum adorat pro Christo filio Dei, quæ est summa idololatria. Et quod Iacobus 2. cap, dicit, Abraham operibus iustificatum esse, non potest intelligi de iustificatione effectiua, sed tantū de iustificatione declaratiua, quia opera ostendunt & testantur iustificationem esse veram & completam siue cōsummatam: quæ si non sequuntur fidem siue iustificationem, certum est ibi nō esse iustificationem veram.

Dum tribuitur iustificatio fidei, non abijciuntur bona opera ne fiant: obedientia enim legis necessāriō exigitur, sed falsa opinio scilicet illa, quod putamus nos nostris operibus posse & velle mereri gratiam, iustificationem & salutem, hic hoc modo, alius alio, hic ædificio, stipendio largo, alter peregrinatione, hic suffragijs sanctorum vult saluari, alter sacrificio Missæ vult liberari animas &c. hic per obseruantiam præceptorum Dei. Nemo enim ponderat & attendit promissionem illam Dei, quod solū propter Christum